



**N**icolaus ille ex patria sese literarum amore  
 Vniennā Austriae contulit, ubi legendo, scri-  
 bendo & disputando adeo sese exercuit, ut primas  
 totius Academiae facile obtinuerit, atque eius gym-  
 nasi decus & Rector extiterit. erat enim in sacris  
 literis explicandis promptissimus, atque in philoso-  
 phia acutissimus. Eruditioni eius respondebat ho-  
 nesti uitae conuersatio, ita ut ab omnibus suspicere-  
 tur. Itaque factum ut ab Vniuersitate Viennensi ad  
 Concilium Constantiense mitteretur. ubi etiam  
 ad finem usque perseverans omnibus doctis inno-  
 tuit. Scripsit is multa praecleara volumina, quibus  
 nomen suum ad posteros cum gloria transmisit. ni-

mirum super quatuor lib. Sententiarum, de Donis spiritus sancti, de Octo be-  
 atitudinibus, de Octo uitijis capitalibus, de Septem peccatis mortalibus, de  
 Tribus partibus poenitentiae, super decem praeccepta, & super orationem Do-  
 minicam, cum multis alijs sermonibus de tempore & moralibus. floruit An-  
 no Christi 1420. Trit.